1272 Comparens personaliter Coram Officio et Actis praesentibus Castrensibus

Capitaneatus Premisliensis Generosus Joannes Mezaronski sanus mente

et Corpore existens a Terris Districtibus Iuribus Iurisdictionibusque suis

quibusvis propriis et Competentibus recedendo praesenti vero Castrensi

Capitaneatus Praemisliensis Iurisdictioni quoad Actum hunc attinet

Se cum successoribus, ac bonis suis generaliter omnibus totaliter

et plenarie incorporando atque subijciendo palam libere publice ac

perexpressum recognovit. Quia ipse Generosum Albertum

de Snopkow Snopkowski Vexilliferum Laticzoviensem et ipsius successores

de summa Mille florenorum Polonicorum sibi Recognoscenti per eundem

suprascriptum Vexilliferum Laticzoviensem membrana certa de Actis et

da illius ibidem contentis inscripti et ad solvendum assecurati Nec

non de eadem ipsa membrana tum de alijs quibusvis scriptis

manualibus Chirografis recognitionibus tam roboratis, quam non

roboratis eorumque roborationibus ob plenariam et sufficientem sibi

Recognoscenti praestitam satisfactionem summaeque memoratae

Mille florenorum polonicorum realem et sufficientem persolutionem, quietat,

emittit dimittit liberumque et absolutum perpetuo pronunciat Mem-

branam eandem tum scripta quaevis manualia, Chirografas Re-

cognitiones tam roboratas quam non roboratas cum earum Ro-

borationibus, cassat, mortificat, et annihilat, perpetuum sibi et

posteris suis ratione praemissorum imponendo silentium.

Snicki Czerncowic Snickiego

Popikowicza Kalicon dictum Quietat.

Comparens

Comparens personaliter Coram Officio et Actis praesentibus Castren Capitan Premisliensibus Nobilis Theodorus Ilnicki Nobilis Strehonij Ilnicki Czerciowic cum olim Nobili Mariannade Komarnicki Consorte eius legitima procreatus Filius sanus mente et Corpore exemptus à Terris Districtibus Juribus Jurisdictionibusque Suis quibusuis propriis et Competentibus recedendo praesenti vero Castren Capitan Premisliensis Jurisdictioni quo ad Actum hunc attinet se cum Successoribus ac bonis suis generaliter omnibus totaliter et plenarie incorporando 111

atque subijciendo palam libere publice ac per expressum recognouit Quia ipse suo et eorundem Parentum suorum tum Nobilium Annae Czerniecka sororis suae germanae, nec non Honestorum Nastasiae Michalowska Viduae et Euae Virginis Kowalowiczowna pro quorum rati habitione cauet et se praesentibus inscribit nomine. Nobilem Hryc Popikowicz Ilnicki Kaliciun dictum et ipsius Successores de Causa et Actione Iudiciaria infrascripta se Recognoscente et praefatos Parentes suos eidem Nti Ilnicki ratione per ipsum tempore Certo in Processu Causae specificato cum alijs Complicibus et Comprincipalibus in eodem Processu Causae nominatis et specificatis (cum quibus saluam sibi Iure agendi viam reseruat et praecustodit) in contemptum Legum Regni, Cunae in villa Ilnik sitae manu armata aggressionis, ibidemque inhiando vitae et substantiae sui Recognoscentis et Parentum suorum referatis seris violenter ad stabulum in Curia praefata sitae Boum sex saginatorum receptionis supradictae Parentis suae verbis Probrosis et iniuriosis tractationis et dishonorationis, aliquoties violento modo protrusionis, et humi absque respectu cum periculo vitae ipsius allisionis in vitam palam et manifeste diffidationis hostilitatis denunciationis aliarumque iniuriarum in Processu Causae eiusdem expressarum illationis et perpetra:

1274 tionib. Primo ad Judicium Castrense Terrae Premisliens. Deinde vero ad Judicia Tribunalitia Regni Lublinens. instituta et intentata tum de poena Infamiae eadem in Causa obtenta et publicata cum eius publicatione totoq antecedens et subsequens Processu ratione suprascriptorum obtento et perducto et inquovis puncto et gradu Juris dependente tum de quibusvis damnis iniurijs et praetensionibus ad diem hodiernam intervenientibus ob plenariam et sufficientem sibi Recognoscenti in praemissis praestitam satisfactionem, quantum pro parte et interesse suprascripti Nobilis Iznicki Popikowicz tantummodo spectat Quietat, Emittit, dimittit, liberumq et absolutum perpetuo pronunciat Causam eandem et Actionem Judiciariam tum et poenam Infamiae cum eius publicatione, atq damna, iniurias, et praetensiones quasvis, quoad interesse solius met suprascripti Nobilis Iznicki Fryc Popikowicz spectat cassat, mortificat et annihilat sibi suisq posteris Ratione praemissorum perpetuum imponendo silentium.

Stadnicki Subdapifer Belzensis Obodynska de summa 13000 Quietat

1117 Comparens personaliter Coram Officio et Actis praesentibus Castren. Capitan. Premisliens. Generosus Victorinus a Zmigrod Stadnicki, Subdapifer Belzens. sanus mente et corpore existens a Terris Districtibus Juribus Jurisdictionibusq suis quibusvis proprijs et Competentibus, recedendo praesenti vero Castrens. Capitaneali Premisliens. Jurisdictioni, quoad Actum hunc attinet, Secum Successoribusq, ac Bonis suis generaliter omnibusq totaliter et plenarie incorporando atq subijciendo palam libere publice ac per expressum recognovit, Quia ipse Generosam Suzannam de Fulsztyn Herburtowna primum olim Generosi

Francisci